

anima sensatio, ergo &c. . . Prob. ant. Sol & Luna dum vertici nostro imminent minores videntur, quam prope horizontem positi; atqui in utroque loco eandem mutationem in eodem oculo producant, ergo &c. . . . Resp. N. ant. ad prob. C. Maj. & Dist. Min. Eandem mutationem in oculo producant, sed conjunctam cum diversis mutationibus aliis in utroque loco, C. secus, N. Min. & conseq. Phenomenum quod objicitur explicatu difficile suo loco evolvemus: hic nobis observare satis sit, Lunam & Solem in horizonte majores videri, quam in meridiano, quia in horizonte simul cum eorum imaginibus in oculo pinguntur interjecta corpora terrestria cælique fornix oblongus. At illa objectorum series, dum Sol & Luna in vertice cæli conspiciuntur, oculum non afficiunt; atque inde est quod si solem & lunam in horizonte per tubum angustum conspiciamus, haud majores videantur, quam in cæli vertice. Dum ergo dicimus eidem mutationi in eodem organo factæ eandem in anima sensationem respondere, propositio intelligenda est de mutationibus singulis seorsim consideratis.

... in eodem organo  
... non respondet eodem in